

VITA ROTA,

Jambi meri.



Esostris illius rotam volubilem  
Volubilis typum vicis  
Negabit esse nemo. Nam vices  
Suas creata qualibet. (habent  
Tenebricosa quando nox, papa-  
Sopora fronte gestitans, (vera  
Recedit, albicantibus statim venit  
Equis corusca Memnonis  
Parens. Aquosus aërem velut vapor  
Nigris adimpler imbris:  
Ita & sereniora solis emicant  
Brevi subinde lumina.  
Videmus, ut præalta montium juga  
Caduca lana pertegat  
Nivis, sed aër incipit Favonio  
Ubi tepere post gelu,  
Virent in hisce saltuum cacumina:  
Queruntur in quibus greges  
Volucrium: superbit ipsa roscidâ.  
Humus feracior comâ.

Adhæc